

HIERONYMUS.

EΥΣΕΒΙΟΣ.

EUSEBIUS.

translulit, cervorum; Theodotio, lapides cervorum.

AIALON, vallis atque præruptum, super quod orante quondam Jesu Luna stetit juxta villam, quæ usque nunc Aialon dicitur contra orientem Bethelis tribus ab eamilibus distans haud procul à Gabaa, & Rama Saulis urbibus. Porro Hebræi affirmant Aialon vicum esse juxta Nicopolim in secundo lapide pergentibus *Æliam*.

AIALON, urbs fortis Dan, separata Levitis, & est hodie vicus alius haud procul à Nicopoli. Sciendumque quod pro Aialon Septuaginta ediderunt, ubi erant urfi.

AIAN, quam expugnavit rex Assyriorum.

AIA TH, cujus fit mentio Isa. x. v. 28. urbs qua transiturus dicitur Sennacherib rex Assyriorum, & ut ex aliis ibi locis conjunctis apparet posita in confinio duarum tribuum Ephraim & Benjamin. Sunt qui eandem esse putent cum *Hai*, de qua nos supra egimus in **AGAI**, favetque Hebraica scriptio: aberatque non multum *Hai* & *Bethel* à reliquis ibi Isaia x. nominatis urbibus: illud tantum videtur obstare quod *Hai* ad Orientem esset Magron, Machimas, Gabaa, Rama, cum tamen regis Assyriorum adventus describatur quasi à Septemtrione in Austrum progredientis: nam & Judææ Septemtrionalis est Assyria.

AILA. Vide **ÆLATH** supra, & **AILATH** proximè.

AILATH, super littus maris rubri in terra Edom.

AILATH, in extremis finibus Palestine juncta meridiana solitudini, & mari rubro: unde ex *Ægypto* *Indiam*, & inde ad *Ægyptum* navigatur. Sedet autem ibi legio Romana cognomento *Decima*: & olim quidem *Ailat* à veteribus dicebatur, nunc verò appellatur *Aila*. Sed & *Elamitarum* quondam natio fuit, cui imperavit *Chodorlaomor*: cujus in *Actibus* quoque *Apostolorum* mentio fit, & in *Regnorum Libris* urbs quedam *Palestinae Ælam* scribitur.

ων Θεοδοτίων, τῶν πετρῶν τῶν ἐλάφων.

Αἰλῶν, φάραγξ κατ' ἧς ἔστι ἡ σελήνη ἐξαμένη Ἰησοῦ ἐγγὺς κόμης ἔστι γὺν Αἰλῶν καλεμένη ἐξ ἀνατολῶν Βηθὴλ σημεῖοις τρισὶ δεστώσα· παράκειται δὲ αὐτῇ Γαβαὰ, καὶ Ράμα πόλις Σαούλ.

Αἰλῶν, πόλις κλήρα Δάν, Λευίταις ἀφωρισμένη· κόμη δὲ ἐστὶ Ἀλοῦς περὶ Νικόπολιν ἀντὶ δὲ τοῦ Αἰλῶν, οἱ δὲ οὐ αἱ ἀρκιοί, ἐδεδώκασιν.

Αἰάν, ταύτην ἔλαβεν ὁ βασιλεὺς Ἀσσυρίων.

nulorum cervinorum. Theodotio, petrarum cervorum.

AILOM, prærupta vallis, supra quam stetit Luna orante Jesu prope vicum. Est nunc *Ælon* dictus, ab oriente Bethel tribus milliaribus distans: Adjacet ipsi Gabaa, & Rama civitas Saulis.

ÆLON, civitas fortis Dan Levitis separata: Est autem vicus *Ælus* circa Nicopolim: Pro *Ælon* autem Septuaginta reddiderunt, ubi erant urfi.

AIAN, hanc cepit rex Assyriorum.

Αἰλάθ, ἐπὶ τοῦ χείλους τῆς ἐσχάτης θαλάσσης ἐν τῇ Ἐδῶμ.

Αἰλάμ, ἑν ἐσχάτοις ἐστὶ, παρακειμένη τῇ πρὸς μεσημβρίαν ἐρήμῳ, καὶ τῇ πρὸς αὐτὴν ἐρυθρῇ θαλάσσει, πλωτὴ οὖσα τοῖς τε ἀπ' Αἰγύπτου περῶσι, καὶ τοῖς ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς ἐγναθήται δὲ ἀντόθι τὰ γαμα Ῥωμαίων τὸ δέκατον καλεῖται δὲ γὺν Αἰλά. ἦν δὲ καὶ Αἰλαμιτῶν τὸ παλαιὸν ἔθνος. ταύτης ἦν βασιλεὺς Χοδολαγόμορ. καί ται δὲ καὶ ἄλλη ἐν βασιλείαις Αἰλάμ τῶν ἄλλοφύλων.

AILATH, supra litus extremi maris in terra Edom. Extat & superius *Ailas*.

AILAM, in extremis (finibus) est, adjacens meridiana solitudini & rubro mari; unde navigatur ab iis qui ex *Ægypto* trajiciunt & ab *India*. Est autem ibi collocata legio Romanorum quæ dicitur *Decima*. Nunc autem *Aila* vocatur. Fuit verò & *Elamitarum* antiqua natio. Hujus rex fuit *Chodolagomor*. Extat & alia in libris regnorum *Æla* alienigenarum.

NOTÆ.

Davidem & viros, qui cum eo erant, per rupes ibicum, וַיִּצְיָבוּ עַל הַר הַיְבוּס, ubi ultimam vocem nomen proprium esse loci crediderunt Lxx. Iam quorum Codices, qui ad nos pervenerunt, sunt corrupti, ut liquet ex hoc *Eusebii* loco. Habet Codex Vaticanus Σαδδαιίμο, Alexandrinus verò Αἰλαμίσι. Unde factum ut locum, ad quem respicit *Eusebius*, invenire non potuerit *Bonfrerius*. IDEM.

1. De hac valle mox plura eum de urbe **AIALON** dicemus. **BONFRERIUS**.

2. Ego nullam in Scriptura agnosco *Aialon*, quam eam quæ fuit in forte tribus Dan, ut è *Jos. 19.* & *Judic. 1.* constat, eademque *Leviticæ* fuit civitas, ut liquet è *Jos. 21.* De eadem verò accipiendum esse, cum *Josue* imperavit Lunæ, ut staret contra vallem *Aialon*, probavi *Jos. 10. v. 13.* Itaque nullo modo admittendum puto, quod hic paulò antè, ubi de *Aialon* valle sermo est, asseritur istam *Aialon*, cui superlatore juxta est Luna, fuisse juxta Bethel, nedum ad Orientem Bethelis: quomodo enim *Josue* qui à Gabaae versus Occidentem in Bethel non recesserat, & utrimque hinc & inde Solem & Lunam adspiciebat, potuit Lunam versus Orientem adspicere, si in eadem Orientali parte erat Sol? Quod autem dicitur hic *Septuaginta* pro *Aialon* edidisse, ubi erant urfi, ad *Judic. 1. v. 35.* pertinet; qua de versione nos ibi fusè diximus: alibi enim nomen *Aialon*, vel corrupta nonnihil voce *Ælon* habent. Est & alia *Aialon* in tribu Zabulon in Hebræo, *Judic. 12.* (eodem enim modo Hebraice quo prior illa Danitica scribitur) cujus nomen in versione nostra non exprimitur, de qua & vide infra in **ATHALIM**. Videri possit & alia in Hebræo esse in tribu Ephraim è *1 Paral. 6. v. 69.* in Hebr. enim est *Aialon*, quod in versione nostra est *Helon*: sed hæc eadem est cum illa Danitica superiore; ibi enim *Leviticæ* civitates tribus Dan in unum conjectæ sunt cum civitatibus *Leviticis* tribus Ephraim. IDEM.

3. Hæc in versione nostra vocatur *Abion* vel *Aion*: ea autem à rege

Assyriorum Teglathphalasar expugnata fuit, *4 Reg. 15. v. 29.* Est autem urbs in tribu Nephthali. IDEM.

4. Hæc eadem quæ sequens. IDEM.

5. De hoc eodem loco in *Idumæa* ad oram Maris Rubri, unde etiam solvebant naves Salomonis ut irent in *Tharhis* & *Ophit*, jam semel & iterum supra egit Hieronymus in **ÆLATH** & **AHELOTH**: nunc rursus de eodem semel & iterum sub voce *Ailat*; neque enim diversus est locus prior & posterior. Illud mirum quomodo eam Hieronymus ponat in *extremis finibus Palestine*; satis enim constat eam ad *Palestinam* nihil pertinuisse, & ab ea satis procul abfuisse, deserto interjecto. Crediderim ab Hieronymo scriptum in *extremis finibus Idumææ*: fuisse enim *Ailat*, & *Asiongaber* in terra Edom, & in extremis ejus finibus (quandoquidem ea esset ad oram Maris Rubri) certum est ex *Deuter. 2. v. 8.* & *3 Reg. 9. v. 26.* & *1 Paral. 8. v. 17.* De *Ælam* verò seu *Elam*, quæ *Perfidis* est regio suo loco in **ÆLAM** diximus, sed hæc non per s ut prior, sed per y in Hebræo scribitur. Præter has nulla est alia in Scriptura etiam in *Regnorum Libris*; siquidem *Aila*, cujus fit mentio in *Regum Libris*, eadem est quæ *Ailat* ad oram Maris Rubri. IDEM.

6. *Ρωμαία πόλις Σαούλ*] Memoria fefellit *Eusebium*, nam sola *Gabaa* dicitur urbs *Saulis*. Vid. *1 Sam. x. 26. xi. 4. xxiii. 19. xxvi. 1. CLERICUS*.

7. *Ἐν ἐσχάτοις*] Hoc est, in extremitate terrarum, ad mare; non in finibus *Palestinae*, ut habet *Hieronymus*, nam *Palestina* nunquam eò usque porrecta est. Peccatum est, ut videtur, ἀσπασίαις, nam nullam hinc varietatem lectionis proferri video. IDEM.

8. *Ἀλλοφύλων*] *Alienigenæ* frequentissimè dicuntur *Philistinae*, idcirco *Hieronymus* vertit hanc *Palestinae*, sed perperam, ut rectè *Bonfrerius* ostendit. Ac sanè in hoc libro non semel *Eusebius* ἄλλοφύλων vocat alios quosque populos, qui non erant *Israële* oriundi. Vide ad vocem *Asir*. IDEM.